



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Notificatio Domini Premon: Abbat. Episcopo Pat. de Parochia Osterhouen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Scriptum tam presentibus innotescimus, quam futuris controversiam quæ fuit inter venerabilem Præpositum, & Conuentum in *Osterhouen* ex vna parte, & *Albertum* inclusum & *Eckhardum*, de *Anrvvalstorf* ex altera parte pro Curia in *Anrvvalstorf* sita, consentientibus partibus ad arbitros ipsarum partium, scilicet *Ortolfo* de *VVeng*, *Chunrado* de *Ekkarting*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Pirndorf*, nobis assessore existente fore taliter decisam, vt præfatus Conuentus, eisd. al. incluso, & *E.* de *Anrvvalstorf* sex libras den. persoluerent quod & fecerunt, & prædicta Curia in eiusd. Ecclesiæ vsam perpetualiter cum adiacente pomario & triginta den. qui singulis annis ipsi *E.* pro iure soluebantur aduocatiæ cederet & propriet. Vt autem decisio & abdicatio curiæ eiusd., & coram altari *S. Margareta* ab utroque scilicet al. incluso & *E.* de *Anrvvalstorf* facta firma permaneant, hanc litteram cum sub annotatis testibus, *Alberto* de *Hals*, *Ortolfo* de *VVeng*, *Chunrado* de *Ekkarting*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Prindorf*, *Helvrico* de *Fuert*, *Alberto* de *Chlosner*, *Eckhardo* de *Anrvvalstorf*, *Alberto* & *Heinrico* fratribus de *Rannuels*, *Heinrico* de *Gainhartstorf*, *Ervvino* Otakchero, *Perchtoldo* de *Steten* *Chunr.*, de *Walchsing*, *Ludvvico* de *Aitenpach*, *Dietmaro* de *Holtzheim* *Ottone* *Dietrico* de *Westerbach*, *Heinrico* *Annger*, *Geisfelbero* *Friderico* *Stuinpfeil* *Dietmaro* *Heinrico* de *Lintzing*, *Heinr.* de *Aitenpach*, *Dietrico* de *Willing*, *Heinr.* *Chregel*, *VVernharo* de *Westerbach*, *Heinr.* de *Cell*, *Heinr.* de *Greuendorf*, *VVernhero*, *Pellifice*, *Alberto* *VVunderdabs*, *Alberto* *Heinr.* & *VVilbalmo* *Engelperto* seruis eiusdem Ecclesiæ, & aliis quam pluribus, eidem *Osterhouen*. Ecclesiæ sigilli nostri caractere tradidimus communitam. Acta sunt hac anno Domini M. CC. LXII.

Notificatio Domini *Premon*: Abbat. Episcopo

Pat. de Parochia *Osterhouen*.

Reuereudo patri & charissimo Domino in Christo, Dei gratia ven: *Pat.* Episcopo *Iohan*: eiusdem patientia *Præmonstraten*: Abbas, & eiusdem ordinis abbatum Capitulum generale, salutem & cum deuotis orationibus paratam ad beneplacita voluntatē cum omni reuerentia & honore, Cō Ecclesiā *Osterhouen*, vestræ dioc. aliquas parochiales Ecclesias habeat in vestra dioc. constitutas in quibus Ecclesiis deseruierunt Canonici Ecclesiæ de *Osteyhouen* per longum tēpus pacifice & quiete. Paternitati vestræ attentius supplicamus intuitu Dei, & orationum totius ordinis respectu sustinere velitis, quod prædicti Canonici dictas Ecclesias parochiales teneant, sicut fecerunt hactenus & ministrent in ipsis, cum istud iniuriosum non sit vobis maximē cum ordini nostro per priuilegium sit indultum quod fratres eiusdem ordinis possint deseruire parochialibus Ecclesiis quarum ius patronatus ad Ecclesias suas pertinent in quibus Ecclesiis licitum est per Canonicos nostri ordinis deseruiri. Datum *Præmonst.* in Capitulo generali, anno Domini M. CC. LX secundo.

Littera ad Episcopum *Patauien*. de præsentatione

Plebani in *Osterhouen*.

Reuereudo in Christo patri ac Domino, O. Dei gratia *Patau*: Episcopo I. eiusdem patientia *Præmonstraten*. abbas, & eiusdem ordinis, abbatum Capitulum generale salutem & orationes in Domino. Nouerit vestra veneranda paternitas in Ecclesia *Præmonstraten*. quoddam priuilegium apostolicum ordini nostro indultum haberi. *Clemens* Episcopus seruus seruorum Dei &c. In quo etiam